

ter, aut quis genuit fillas roris? Sed secundum similitudinem vestigijs tantum. Etiam dicitur Pater creaturarum rationalium secundum similitudinem imaginis, secundum illud. Deuter. 32. Nonne ipse est Pater tuus, qui possedit, & fecit, & creavit te? Aliquorum est Pater secundum similitudinem gratiae, qui dicuntur filij adoptivi, quia ordinantur ad hereditatem gloriae per gratiam juxta illud ad Rom. 8. ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filij Dei: si autem filij, & heredes. Aliquorum denique est Pater secundum similitudinem gloriae, prout jam gloria hereditatem possident: juxta illud ad Rom. 5. gloriamur in spe gloria filiorum Dei. Sic Angelicus D. qui nihil non Angelice tractat. 1. p. q. 33. art. 3. in corp.

108 Adoptio est duplex; alia fit Principis auctoritate, quando, scilicet, Paterfamilias, seu ille, qui sui juris est adoptatur, & dicitur *Arrogatio*; & non solum ipse transit in adoptantis potestatem, & sicque haeres necessarius, tam ab intestato, quam ex testamento; sed etiam liberi, si quos habet, in potestatem adoptantis, tanquam nepotes transeunt. Alia fit Imperio Magistratus habentis Legis actionem. L. 4. ff. de Adopt. id est, merum, & mixtum imperium: & dicitur *Adoptio specifica*, quando scilicet, filius familias in alterius familiam transit. Et quidem ex constitutione Justiniani solum filius familias in adoptantis potestatem transit, quando adoptatur ab avo materno (vel etiam paterno, quando Pater est emancipatus) quippe tunc in una persona concurrunt iura naturalia, scilicet, sanguinis, & civilia, scilicet, adoptionis. 1. pen. C. de Adopt. L. 7. tit. 7. p. 4. Sanè foemina non potest aliquem adoptare, quia filium non habet in potestate, nisi ex privilegio Principis. Nec minor natu valet adoptare majorem: sed adoptans debet praecedere adoptatum plena pubertate, hoc est, decem, & octo annis. Adoptio namque naturam imitatur, & pro monstro haberetur, quod major esset filius, quam Pater. Et hac item ratione, qui generare non potest, ut caltratus nequit adoptare, nisi hoc impedimentum per accidens sit, ut in spadonibus; & sacerdotibus: qui proinde adoptare possunt. Hoc ergo cognitionis impedimentum est annexum jure Ecclesiastico adoptioni: ne facile in libidinem, & incontinentiam inciderent conjuncti cognitione Legali, in quam facile specialis amor, familiaritas, & conjunctio incli-

narent, si ipse matrimonij hoc impedimento non tolleretur. Et etiam, quia honestas non patitur eos matrimonio jungi, qui parentum, filiorum, aut fratrum loco censentur. Barbof. in Rubr. b. t. n. fin. Cum ergo Jure Communi hoc impedimentum sit indistinctum, solus Papa in eo dispensat. Et quidem difficillime in linea recta. Hoc igitur impedimentum oritur, non solum ex adoptione, per quam quis in potestatem adoptantis transit; sed etiam ex adoptione, per quam quis extraneo adoptatur, & in cujus potestatem non transit. Nam cum text. in c. un. b. t. c. 1. c. 6. 30. q. 3. L. 14. ff. de Ritu nuptiarum generaliter loquantur, generaliter intelligi oportet: & praecipue constat ex L. 7. tit. 7. p. 4. Et ibid. notat Gregor. Lop. V. Que por siaron. ibi: Ex ista littera sic generali videtur, quod ista Lex voluit quod non solum arrogatione durante: sed etiam adoptione: nam de utraque promittit ista Lex, non possint filij adoptivi contrahere cum naturalibus filijs adoptantis. Et hanc opinionem tenent Gloss. in c. un. b. t. D. Antonin. Secor. Covarr. Toled. Barbof. in Rubr. b. t. n. fin. Gonz. in c. un. b. t. n. 9. in fin. contra Innoc. Sylo. Sanchez. de Matr. L. 7. D. 63. n. 9.

107 Hujus quidem cognitionis tres sunt species. 1. in linea recta, & dicitur *Paternitas*, estque inter adoptantem, & adoptatum, & ejusque descendentes in ejus potestate existentes. L. 55. ff. de Rit. nupt. c. 1. 30. q. 3. 2. est in linea transversali inter filios naturales adoptantis in ejus potestate existentes, & filium adoptatum, diciturque *fraternitas*. L. 17. ff. de Ritu nupt. c. un. b. t. 3. est *affinitas* inter adoptantem, & adoptati uxorem. L. 14. ff. de Ritu nupt. Et sanè cum nostri Tituli Rubrica generalis sit, has tres species continens, & ex hoc approbat Jure Canonico credantur, & in omnibus eadem ratio vigeant: dicendum est, omnes inducere impedimentum dirimens matrimonium. Quod expresse habetur in L. fin. tit. 7. p. 4. ibi: *Esse parentesco, d' casuadex, que se face, segun mandan las Leyes, non embarga tan sola-mente el casamiento, mas desfacelo si se face fecho.* Et ibid. Greg. Lop. Sanchez. de Matr. L. 7. D. 63. n. 12. Profecto sive haec cognitio praecedat, sive superveniat sponsalibus, ea dissolvit: siquidem sponsus reddit inhabiles ad matrimonium, cum sit impedimentum dirimens. Si verò matrimonio jam contracto superveniat, nec

ipsum dissolvit, quia indissolubile est, nec sic conjunctos privat petitione debiti, quia ad ipsum habent jus ex matrimonio adquisitum, & aliunde nullo Textu prohibetur. Sanchez. de Matrim. lib. 7. D. 63. n. 19. Gonz. in c. un. b. t. n. 10. 1. species cognationis dirimit perpetuo matrimonium. Nam etiam ablata per emancipationem adoptione, adhuc nequit pater ob honestatem, & decentiam cum sua filia, vel nepte adoptiva contrahere. L. 55. ff. de Rit. nupt. c. 1. 30. q. 3. 1. 7. tit. 7. p. 4. Et hoc impedimentum inter adoptantem, & adoptatum, ejusque ascendentes, vel protrahitur in infinitum juxta. D. Thom. in 4. D. 42. q. 2. art. 3. in corp. D. Antonin. Sanchez. de Matrim. lib. 7. D. 63. n. 34. vel usque ad 4. gradum juxta Naçar. Sot. Toled. Valent. & alios. 3. species, etiam soluta per emancipationem adoptione, obstat ad matrimonium contrahendum propter reverentiam, quam tales conjuncti, sibi invicem habere debent, scilicet, tanquam Nurus fecero, & privignus noverca. L. 14. ff. de Ritu nuptiarum. L. fin. tit. 7. p. 4. 2. vero tantum durat, quantum durat adoptio, & ex proinde hac per emancipationem soluta, potest filius naturalis adoptantis cum sua sorore adoptiva contrahere; nam tunc jam sunt inter se extranei, & est finita cognatio. c. 6. 30. q. 3. c. un. b. t. L. 17. ff. de Ritu nuptiarum. L. 7. tit. 7. p. 4. Sanchez. de Matr. L. 7. D. 63. ex n. 24. Barbof. & Gonz. in c. un. b. t. n. 3. & 10.

110 Non prohibetur matrimonium contrahi etiam adoptione stante. 1. inter adoptantem, & matrem adoptati. D. Thom. in 4. D. 42. q. 1. art. 3. ad 1. 2. inter adoptantem, & filiam illegitimam adoptati; quia haec non est in adoptantis potestate. Nec inter filium illegitimum adoptati, & filiam adoptivam, nec vicissim. 3. inter adoptantem, & filiam adoptatam: nam haec non transit in potestatem adoptantis: siquidem non est in matris adoptatae potestate. 4. inter filium, & filiam duorum fratrum adoptivorum, quia isti nulla ligantur cognatione. 5. inter duos filios ab eodem adoptante adoptatos: nam in c. un. b. t. agitur de filia naturali adoptantis, quae sit per adoptionem soror filij adoptivi, & impedimentum, utpotè odiosum, non est extendendum; arg. c. 15. de Reg. jur. in 6. & expresse habetur in L. 7. tit. 7. p. 4. Sanchez. de Matrim. lib. 7. D. 63. ex n. 26. ubi plures Auctores refert, qui praedictos casus

comprobant, & etiam, qui contrarium sentiant. Lacroix L. 6. p. 3. ex n. 587. ubi has lineas, & gradus specificè asert, sed cum jam nullus, vel ferè nullus hujus adoptionis usus sit, praecipue in nostra Hispania, vix hoc impedimentum invenitur.

TIT. XIII.

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae, vel sponsae.

111 IN hoc titulo, & sequenti agitur de cognatione naturali, vel carnali, quae est vera, & propria cognatio, & est duplex: *consanguinitas*, scilicet, & *affinitas*. Affinitas siquidem potest, vel a copula licita, vel ab illicita provenire: nam quamquam Jure Civili cognatio, vel affinitas solum ex iustis nuptijs oriretur. L. 4. §. 8. de Grad. & affinit. secus est de Jure Canonico. Et de hac agitur in praesenti titulo, cujus Rubrica, & alij Textus, licet loquantur de viro cognoscens suam uxorem, vel sponsam consanguineam, etiam intelligi debent de foemina, quae copulam habuit cum sui mariti, vel sponsi consanguineis. Quippe vir, & uxor, sponsus, & sponsa sunt correlativa, & in eis eadem ratio militat: imò & de ipsis foeminis expresse loquuntur. Text. c. 20. §. 2. q. 7. c. 9. 34. q. 2. L. 13. tit. 2. p. 4. D. Anton. Sylo. Guvier. Sanchez. de Matrim. lib. 7. D. 15. n. 2. Barbof. in c. 4. b. t. n. 6. & alij. Affinitas, etiam ex copula illicita olim ad quartum gradum extendebatur; arg. c. 8. de Consanguin. & affinit. Sed ex Trid. sess. 24. de Reform. Matr. cap. 4. non excessit secundum gradum: ac proinde maritus non privatur jure petendi debitum, nisi cum consanguinea suae uxoris in primo, vel secundo gradu copulam habeat. Sanchez. de Matrim. lib. 7. D. 15. n. 4. Et L. 9. D. 27. n. 14. Barb. & Gonz. in c. fin. b. t. n. 5. Et declaratum est à Sac. Congreg. Concil. si sponsus cognoscat suam sponsam consanguineam, incurrit impedimentum dirimens ex tali affinitate ortum ad contrahendum matrimonium cum sua sponsa, & ejus consanguineis in primo, & secundo gradu conjunctis. Et similiter sponsa incurrit impedimentum dirimens ad contrahendum matrimonium cum sponso, & ejus consanguineis in 1. & 2. gra-

gradu & ac proinde hæc affinitas sponsalia dissolvit. *c. 2. c. 8. c. 9. b. t. Gonz. in c. fin. b. t. n. 2. & 6.*

112 Ut hæc affinitas, & impedimentum contrahatur. 1. debet copula sive legitima, sive fornicaria esse perfecta, quæ scilicet ex se apta sit ad generationem prolis: per quam vir, & foemina una caro fiant, & utriusque semen, & sanguis commisceatur per utriusque seminatio- nem, vel saltem viri intra vas foemineum. *c. 18. 27. q. 2. Paul. Zachias in QQ. Medic. Legal. l. 7. t. 3. q. 1. ex n. 16.* procedit etiam hæc affinitas ex copula à senibus, vel sterilibus habita, quippe ex se apta est ad generandum, licet per accidens actualis generatio non sequatur. Nec interest, an copula sit publica, vel occulta, ut contra aliquos tenent. *Gutier. QQ. Canon. l. 1. cap. 23. n. 8. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 15. n. 13.* spontanea, vel vi extorta, vel habita cum foemina ebria dormiente, non advertente, amene, vel insana; quia hæc est apta ex se ad generationem. Hinc, non oritur hæc affinitas ex tactibus impudicis, neque ex feminis effusione extra vas naturale mulieris, neque ex copula sodomitica in vase prapostore mulieris habita; neque ex copula, per quam vas penetraret, etiam si tollatur virginitas, si non immittatur, vel non recipiatur semen virile in utero foemine. Nec ex copula cum impubere attentata, licet sufficeret ad impedimentum publicæ honestatis. *c. 3. de Spons. Neque ex copula spadonis, vel castrati utroque testiculo carentis, nec ex copula habita cum mortua: quia non est apta ad generationem prolis. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 15. 2. copula debet haberi cum consanguinea vera uxoris, vel sponsæ. Nam si cum cognata spiritali, vel legali sponsæ, vel uxoris committatur, cum non sit verè incestus, cui Canones impedimentum adiungunt, nullum oritur impedimentum. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 15. n. 8.* Aliqui requirunt ad hæc incurrenda impedimenta notitiam, & scientiam iuris ac statuentis; sed verius est, quod etiam ab ignorantibus incurrun- tur: talia namque impedimenta non solum, rationem poenæ, sed rationem inhabilitatis habent, inducuntur ob reverentiam propinquitatis. *Dicastril. de Matrim. tr. 10. D. 9. n. 108.* Si maritus post matrimonium contractum suæ uxoris consanguineam cognoscat, sive publicum, sive occultum sit delictum, licet matrimonium nequeat dissolvi, privatur ta-

men iure petendi debitum à propria uxore. *c. 1. b. t. l. 13. tit. 2. p. 4.* Sed ne delictum mariti in uxoris innocentis damnum redderet, tenetur maritus uxori petenti debitum conjugale reddere. *c. 4. b. t. c. 13. tit. 2. p. 4. Sylv. Covar. de Sponsal. p. 2. cap. 7. §. 2. n. 6. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 15. ex n. 1. Barbof. in c. 1. b. t. n. 3. & Gonz. in c. 1. b. t. n. fin.* ut tamen hoc impedimentum incurratur, debet scienter, & liberè committi incestus. Nam cum talis privatio sit poena, non debet sine culpa incurri; ac proinde maritus cum consanguinea suæ uxoris peccans ex ignorantia excusatur à poena impedimenti ad petendum debitum. *c. 1. b. t.* similiter, si uxor vi opprimatur à consanguineo mariti, ipsa ob violentiam, & vim præcisam excusatur à poena impedimenti petendi debitum; *arg. c. 6. b. t. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 15. n. 9. & 10.* si verò tantum metu, etiam gravi, foemina sit compulsæ, cum metus non tollat, quamvis minuat, voluntarium. *c. 5. de His, quæ vi metus, & talis copula voluntaria est ac proinde culpabilis, & per ipsam hoc utique incurritur impedimentum. Sanchez de Matrim. l. 9. D. 31. num. 4.* contra aliquos, aliter sentientes.

113 Aliud etiam impedimentum, impediens tantum, resultabat iure antiquo ex tali fornicatione à marito commissâ cum consanguineis uxoris, etiam jam defunctæ, ut non posset contrahere, mortua uxore, non solum cum complice; quia inter eos dabatur impedimentum affinitatis dirimens; sed etiam cum quacunque alia, ob irreverentiam Sacramento, & injuriam uxori per talem incestum factam. *c. 23. 32. q. 7. c. 1. c. 2. b. t. l. 13. tit. 2. p. 4. ibi: E an desponsus que eila murisse non debe casar, si non fuere tan manebro, que non pueda guardar castidad; pero si casare, valdrà el castamento. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 15. ex n. 3. Gonz. in c. 1. b. t. n. fin.* Nec consanguinea, quæ incestum commisit, potest cum alio contrahere, sed cum hoc impedimentum esset tantum impediens, si defacto contraxissent, vel maritus, vel complex, erat validum matrimonium, quamquam illicitum. *D. Thom. in 4. D. 34. q. un. art. 5. Covar. de Spons. p. 2. cap. 7. §. 2. n. 6. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 15. ex n. 1.* Idem erat de sponso copulam habente cum consanguinea suæ sponsæ in 1. vel 2. gradu. Nam, nec ipse, nec complex poterat licite cum alia qua-

de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ, &c. 71

TIT. XIV.

De Consanguinitate, & affinitate.

115 IN præsentia agitur de cognatione naturali, tum quatenus est affinitas, de qua postea: tum quatenus est consanguinitas, quæ sic dicitur, quasi sanguinis unitas, quia consanguinei ab eodem communi sanguine descendunt, & inter se connexi sunt. *L. 1. §. 10. ff. de Suis, & legit. ibi: Consanguineos Celsius definit, eos qui sanguine inter se connexi sunt. L. 1. tit. 6. p. 4.* consanguinei itidem propinqui dicuntur, quia proximè se invicem sanguine contingunt. Et generalitèr cognati dicuntur, quasi una, communitèrve nati, vel ab eodem orti, progeniti vè sint. *L. 3. §. 1. ff. de Gradib. Et licet aliquando dicatur unus consanguineus esse caro alterius; proprius tamen dicitur, quod sit de sanguine alterius; quia illud, quod immediate in semen convertitur sanguis sit: & ideo hæc cognatio, non carnalitas, sed consanguinitas dicitur. *D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 1. ad 4. consanguinitas, sic communiter definitur, est vinculum ab eodem stipite propinquo descendendum carnali propagatione contractum. Quam definitionem sic explicat *D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 1. Respondeo dicendum, quod secundum Philosophum in 8. Ethic. omnis amicitia in aliqua communicatione consistit, & quia amicitia ligatio, sive unio quedam est: ideo communicatio, quæ est amicitie causa vinculum dicitur: & ideo secundum, quælibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad invicem: sicut dicuntur Conives, qui habent Politicam communicationem ad invicem: Commilitones, qui conveniunt in Militari negotio: & eodem modo illi, qui conveniunt in naturali communicatione dicuntur consanguinei, & ideo in prædicta definitione ponitur quasi consanguinitatis genus vinculum, quasi subiectum, persone descendentes ab uno stipite, quarum est huiusmodi vinculum, quasi principium carnalis propagatio. Et licet omnes homines ab eodem stipite remoti, scilicet, ab Adam descendant, non sunt consanguinei, quippe non sunt ab eodem stipite proximo descendentes. Et licet in animalibus invenitur carnalis propagatio, non invenitur consanguini-***

114 Hoc impedimentum, quando matrimonium nondum est contractum, probatur sufficienter per assertionem ipsius sponsi deponentis de copula cum consanguinea, quia cum agatur de peccato vitando, quod per tale matrimonium cum impedimento dirimente fieret, uni testi, & quidem etiam alleganti propriam turpitudinem creditur. *c. 12. de Spons. Barbof. & Gonz. ibid.* si verò de matrimonio iam contracto dissolvendo agatur, non creditur conjugibus, qui impedimentum dirimens subesse, asserunt; ne contra matrimonium inter se colludant, & quod legitime contractum est, & nequit dissolvi, dissolvatur. Quippe quos Deus conjunxit, homo separare non potest. *c. 18. 33. q. 2.* Est ergo necessarium, quod tale impedimentum per idoneos testes probetur, vel quod sit notorium; non quidem rumore viciniæ, qui notorium non facit, sed fama publica; quando scilicet, non aliqua pars, ut in rumore, sed vel tota Civitas, vel viciniæ, vel major ejus pars hoc testetur. *c. 3. c. 5. b. t.* E contra verò, si conjuges pro matrimonio conservando deponant, eis creditur. Tunc enim depositio est valde favorabilis, & matrimonio, & consentibus, & toti Republicæ, cujus interest, matrimonij valorem defendere pro liberorum legitimitate, & multiplicatione. *L. 1. ff. Sol. Matrim. Barbof. in c. 5. b. t.*

115 IN præsentia agitur de cognatione naturali, tum quatenus est affinitas, de qua postea: tum quatenus est consanguinitas, quæ sic dicitur, quasi sanguinis unitas, quia consanguinei ab eodem communi sanguine descendunt, & inter se connexi sunt. *L. 1. §. 10. ff. de Suis, & legit. ibi: Consanguineos Celsius definit, eos qui sanguine inter se connexi sunt. L. 1. tit. 6. p. 4.* consanguinei itidem propinqui dicuntur, quia proximè se invicem sanguine contingunt. Et generalitèr cognati dicuntur, quasi una, communitèrve nati, vel ab eodem orti, progeniti vè sint. *L. 3. §. 1. ff. de Gradib. Et licet aliquando dicatur unus consanguineus esse caro alterius; proprius tamen dicitur, quod sit de sanguine alterius; quia illud, quod immediate in semen convertitur sanguis sit: & ideo hæc cognatio, non carnalitas, sed consanguinitas dicitur. *D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 1. ad 4. consanguinitas, sic communiter definitur, est vinculum ab eodem stipite propinquo descendendum carnali propagatione contractum. Quam definitionem sic explicat *D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 1. Respondeo dicendum, quod secundum Philosophum in 8. Ethic. omnis amicitia in aliqua communicatione consistit, & quia amicitia ligatio, sive unio quedam est: ideo communicatio, quæ est amicitie causa vinculum dicitur: & ideo secundum, quælibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad invicem: sicut dicuntur Conives, qui habent Politicam communicationem ad invicem: Commilitones, qui conveniunt in Militari negotio: & eodem modo illi, qui conveniunt in naturali communicatione dicuntur consanguinei, & ideo in prædicta definitione ponitur quasi consanguinitatis genus vinculum, quasi subiectum, persone descendentes ab uno stipite, quarum est huiusmodi vinculum, quasi principium carnalis propagatio. Et licet omnes homines ab eodem stipite remoti, scilicet, ab Adam descendant, non sunt consanguinei, quippe non sunt ab eodem stipite proximo descendentes. Et licet in animalibus invenitur carnalis propagatio, non invenitur consanguini-***

tas, quia animalia non conjunguntur ad amicitiam unitatem propter propagationem multorum ex uno parente proximo, sicut est de hominibus. Nec sufficit ab eodem principio procedere; alias Angelus, & homines ab eodem principio procedentes essent consanguinei: requiritur ergo, quod per carnalem propagationem descendant: & ideo Christus D. & B. V. consanguinei sunt: quippe ex B. Virgine Maria per propagationem, licet mirabilem, utpote sine viri concursu factam, Christus D. natus est. Non tamen fuerunt consanguinei Adam, & Heva, quia hæc, licet de costa Adami processerit, non tamen processit per carnalem propagationem. Et licet Abel, & Adam non processissent ab eodem stipite fuerunt tamen consanguinei; siquidem Abel ab Adamo per propagationem carnalem generis fuit.

116 Consanguinitas dividitur, 1. in agnationem, & cognationem. Agnatio est propinquitas inter personas conjunctas per lineam masculinam, sive descendentes ex eodem viro. Cognatio est propinquitas inter personas per lineam feminam, seu ex eadem femina descendentes. 2. dividitur in naturalem tantum, & in naturalem, & civilem simul. Naturalis tantum est, quam sola natura, non Lex probat: vel qua ex sola femina estimatur: ut cognatio servilis, vel concubinaria. Naturalis, & Civilis est, quam etiam Lex approbat. Ut que inter homines liberos ex iustis nuptiis oritur. Sed ad impedimentum matrimonij nihil interest, an consanguinitas sit cognatio, vel agnatio, c. 7. c. 8. h. t. An civilis, an naturalis. Tota equidem series consanguineorum Arbor indigitur. L. 2. tit. 6. p. 4. & sicut ab eodem trunko, seu stipite varij nascuntur rami, sic ab eodem stipite, seu progenitore diversi procedunt consanguinei in diversis lineis, & gradibus. Linea est ordinata series, vel collectio personarum procedentium ab eodem stipite per varias generationes, diversos continens gradus. L. 2. tit. 6. p. 4. Triplex linea communiter distinguitur. Alia recta ascendens: alia recta descendens: alia collateralis, seu transversa. Rationem dat D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 2. in corp. ibi: Respondet adicendum, quod consanguinitas est quadam propinquitas in naturali communicatione fundata, secundum actum generationis, qua natura propagatur. Unde secundum Philosophum in 8. Ethic. ista communicatio est triplex: una secundum habitudinem prin-

cipij ad principiatum: & hæc est consanguinitas Patris ad Filium. Unde dicit, quod parentes diligunt filios, ut sui ipsorum aliquid existentes. Alia est secundum habitudinem principij ad principium: & hæc est filij ad Patrem. Unde dicit, quod filij diligunt parentes, ut ab illis existentes. Tertia est secundum habitudinem eorum, que sunt ab uno principio ad invicem, sicut fratres dicuntur ex eisdem nasci, ut ipse ibidem dicit. Et quia punctus motus lineam facit, & per propagationem quodammodo pater descendit in filium, ideo secundum tres dictas habitudines, tres lineæ consanguinitatis sumuntur: scilicet linea descendens secundum primam habitudinem, linea ascendens secundum secundam, linea transversalis secundum tertiam.

117 Gradus, nihil aliud est, quam distantia, qua unus consanguineus distat ab alio in aliqua linea: sicut gradus scalarum. L. fin. §. 10. ff. de Gradibus, & affinit. L. 3. tit. 6. p. 4. Et quidem Jure Civili, tam in linea recta, quam transversa, tot gradus, quot generationes dantur: & consanguinei inter se distant tot gradibus, quot sunt personæ, dempto stipite. Sic pater est in primo gradu recto cum suo filio, in secundo cum nepote, & sic de alijs: quia tot sunt generationes, c. 2. c. 6. 35. q. 5. L. 10. ff. de Gradib. L. 3. tit. 6. p. 4. In linea collateralis aequali duo fratres sunt in secundo gradu, nepotes, & neptes in 6. Et sic de alijs, c. 2. c. 6. 35. q. 5. L. 10. ff. de Gradib. L. 3. tit. 6. p. 4. In collateralibus inæquali frater, & nepos ex ejus fratre distant tribus gradibus: filius unius fratris, & nepos alterius fratris quinque gradibus distant; & sic de alijs: quia in his tot sunt generationes, quot generationes intercedunt, nec in hac linea discordant Jus Canonicum, & Civile. L. 10. ff. de Gradib. c. 2. c. 6. 35. q. 5. L. 3. tit. 6. p. 4. D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 2. Sanb. de Matr. lib. 7. D. 50. n. 4. Gonz. in c. 3. h. t. n. 3. & c. 5. h. t. n. 5. In linea transversali aequali tot gradibus collaterales inter se distant, quot gradibus uterque distat a communi stipite, c. 2. c. 4. 35. q. 5. L. 3. tit. 6. p. 4. cum enim tales consanguinei inter se conjungantur ratione stipitis, a quo sanguinem communem accipiunt, nequeunt inter se magis conjungi, vel dif-

distare, quam distent, vel conjungantur cum communi stipite. Sanb. de Matr. L. 7. D. 50. n. 5. Gonz. in c. 5. h. t. n. 8. In linea transversali inæquali tot gradibus consanguinei inter se distant, quot remotior a communi stipite distat, c. fin. h. t. Nequit enim unus alteri conjunctior esse, quam communi stipiti, a quo conjunctionem omnes accipiunt, quia propter quod unumquodque tale, & illud magis. Hinc computatio debet fieri a remotiori, alias unus alteri esset conjunctior, quam communi stipiti. Sanb. de Matr. L. 7. D. 50. n. 6. Gonz. in c. 5. h. t. n. 8. Et quidem in hereditatibus, tutelis, & similibus in foro Sæculari, quin & in Ecclesiastico computatio civilis est sequenda: in matrimonij verò computatio Canonica, c. 2. 35. q. 5. quia hereditates non possunt deferri nisi de una ad alteram personam: idcirco curavit Sæcularis Imperator in singulis personis præterire singulos gradus: quia verò nuptiæ lineæ duabus non valent fieri personis, idcirco Sacri Canones duas in uno gradu constituit personam. L. 3. tit. 6. part. 4.

118 Conjugium inter consanguineos primi gradus in linea recta illicitum, & invalidum est Jure Naturali: cum nunquam tale conjugium, vel à Deo permittum, vel ab Ecclesia toleratum fuisse sciamus: imò hæc connubia vocantur ferina juxta illud Ovid. in Metam. Dextera Syllene est, in qua cum Matre Menophron. Concubitus erat, sevarum more ferarum. Et alibi loquendo de amore Myrrhae in Cynitiam patrem suum ait: At tu dum corpore non es passa nefas, animo ne concipe: neve parentis concubi uerito natura pollue fœdus. Imò in aliquibus brutis talis conjunctio odibilis, & detestabilis habetur, teste Aristot. L. 9. Hist. anim. cap. 47. Plin. Hist. Nat. L. 8. cap. 42. Hinc, non est credendum, Deum Authorem naturæ, & matrimonij institutorem, modo alibi explicato dedisse hominibus potestatem ad tale matrimonium, præcipue cum sit contra pudorem, filiam ducere uxorem. L. 14. §. 2. ff. de Rit. nuptiar. Est enim talis copula sua natura turpis, & non tantum per accidens, sicut esset in ligatis voto castitatis. Filij enim, ipsa natura dictante, reverentiam debent suis parentibus, & cum in matrimonio debeat interesse amor, familiaritas, & æqualitas, ipsa natura repugnant, hæc extrema conjungi, juxta illud Ovidij. Non bene conveniunt, nec in una Sede morantur-- Mat. II.

jestas, & amor. D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 3. in corp. ibi: Inordinatum enim est, quod filia patri per matrimonium jungatur in sociam, causa generandæ proles, & educandæ, quam oportet per omnia patri esse subiectam, velut ex eo procedentem, & ideo de Lege naturali est, ut pater, & mater à matrimonio repellantur, & magis etiam mater, quam pater: quia magis reverentia, que debetur parentibus derogatur, si filius matrem, quam si pater filiam ducat in uxorem, cum uxor viro aliquantulum debeat esse subiecta. Et 2. 2. q. 154. art. 9. ad 3. Sanb. de Matr. L. 7. D. 51. n. 7. Gonz. in c. 5. h. t. n. 9. Et cum hæc reverentia, à quocumque descendente usque in infinitum ascendentibus debeatur: quin & major, quo ascendens remotior est. Nam præter reverentiam sanguinis, & subjectionis, etiam debetur ratione majoris ætatis juxta illud Levit. 19. v. 32. Coram cano capite conserge, & honora personam senis: dicendum est, in quocumque gradu tale matrimonium esse prorsus invalidum: ac proinde, quod si Adam hodie viveret cum nulla ex suis descendentibus posset contrahere. Et confirmatur, Nam Jure Civili tales nuptiæ inter ascendentes, & descendentes usque in infinitum irritantur. L. 53. ff. de Rit. nuptiar. L. 4. tit. 6. p. 4. Scot. Abulens. Bellarm. Vazq. Gregor. Lop. & plures alij apud Sanb. de Matr. L. 7. D. 51. n. 122. qui n. 13. cum alijs dicit, in aliquo gradu terminari hoc impedimentum, quamvis in jure, & gradu in quo matrimonium irritetur varie sentiunt DD. sententiæ contraria.

119 Conjugium patris, & filia, vel filii, & matris non est adeo turpe, & intrinsecè malum, sicut perjurium, & mendacium, sed potest in aliqua extrema necessitate coonestari: ac proinde, si nulli alij homines præter patrem, & filiam in Mundo superserent, licet, ipsa necessitate dispensante, contrahere matrimonium valeret: propagatio enim generis humani est superioris ordinis, quam reverentia à liberis debita parentibus, ac propterea ei prevalere debet. Et hac ratione S. Chrysof. hom. 44. in Genes. & S. Ambros. L. 1. de Abrab. c. 6. excusant concubitus filiarum Lot cum suo parente. Genes. 19. ex v. 31. Gutier. de Matr. c. 98. n. 14. & 15. Soto, Henr. Valent. Sanb. de Matr. L. 7. D. 51. n. 10. Pont. & alij contra Cajet. Ledesma. Hurtad. Perez, & alios: qui nunquam tale conjugium licere putant. Quod & Ovidij testi-

monio comprobatur, qui ait: *Gentes tamen esse feruntur, in quibus, & nato genitrix, & nata parenti jungitur, & pietas geminata crescit amore.* Sanè Ecclesiam posse dispensare in aliquibus gradibus consanguinitatis, & affinitatis in *Levit. c. 18.* contentis sub anathemate est tenendum. *Trid. sess. 24. de Matr. Can. 3.* Et defecto in aliquibus dispensavit *Innoc. III.* cum infidelibus ad fidem conversis: quamvis sæpe nequeat ex defectu causæ justè dispensare. Et sic intelligitur. *c. 13. de Restit. spoliator.* Et consequenter dicendum est, non omnia matrimonia in eis contracta esse Jure Naturali irrita, licet aliqua sint: alias namque Ecclesia non posset dispensare. *Scot. in 4. D. 40. q. un. art. 2. Cajet. Soto; Nav. Palacios; Covar. Sanch. de Matr. L. 7. D. 52. n. 6. & alij.*

120 In linea transversa matrimonium inter consanguineos in primo gradu, scilicet, inter fratrem, & sororem est Jure Naturali invalidum. Nam Pontifex in *c. 8. de Divort.* decernit, infideles ad fidem conversos conjugatos in secundo, & ulteriori gradu non esse separandos: innuit ergo a contrario, separandos, si in primo gradu sint copulati, natura huic conjugio reluctantè, ob pudorem, & reverentiam, quæ inter fratrem, & sororem conjugalis exercitij, & usus horret licentiam. Et sic à Politioribus Nationibus, natura duce, fuit observatum. *Aristotel. 2. Polit. Et contrarium practicantes, ut Barbaræ habitæ fuerunt juxta August. contr. Faust. L. 22. cap. 35.* Et ideo Abraham Saram suam uxorem, apud Ægyptios vocavit sororem, ut sic matrimonij initi suspensionem vitaret. Nec enim erat vera soror, sed consanguinea, scilicet, filia Aram fratris sui, & sic intelligunt. *Genes. c. 20. v. 12.* plures apud *Cornel. in d. cap. Genes. & probat Bellarm. de Matrim. L. 1. cap. 28.* & hac ratione conjugium fratris cum sorore morte punitur. Aistimilaturque bestialitati, sodomia, & adulterio. *Levit. c. 20.* Nec in hoc impedimento unquam dispensavit Ecclesia. *Lug. Respons. Moral. lib. 1. d. 40.* Et solum in Mundi initio conjugia inter fratres, & sorores celebrabantur licitè, & validè. *Augustin. de Civit. Dei, lib. 15. cap. 16. Et contra Faustum, L. 22. cap. 35.* dispensante non solum in licitudine, ut etiam adversarij debent fateri, sed etiam in valore, necessitate propagationis generis humani, quæ impedimento inter ipsos præponderat, sicut diximus, etiam de impedimento in lineæ rectæ primo

gradu, quod certè fortius est, quam impedimentum lineæ transversæ. Et hanc sententiam tenent *Soto, Toled. L. 7. Sum. cap. 7. n. 2. Valent. in 4. p. D. 10. q. 5. punct. 3. Enriq. de Matrim. L. 12. cap. 9. n. 4. Sanch. de Matrim. L. 7. D. 52. n. 11. & alij contra D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 9. ad 3. S. Bonav. Scot. Cajet. Nav. Gonze. de Matrim. lib. 7. cap. 32. Palac. Ponz. in c. 5. b. t. n. 11. & 12.* Nec obstat paritas affinitatis in primo gradu lineæ transversalis, nam 1. consanguinitas, est proculdubio vinculum fortius, & arctius affinitate; deinde quia in affinitate dispensat Ecclesia, secus in consanguinitate in primo gradu: inde colligimus fortiori jure obtare consanguinitatem.

121 In cæteris gradibus extra primum lineæ transversalis solum dirimitur matrimonium jure Ecclesiastico. Et quidem olim in omnibus, quorum erat memoria. *c. 17. c. 18. 35. q. 3.* Sed postea usque ad septimum gradum fuit restricta prohibitio. *c. 7. c. 19. 35. q. 3.* Et denique (omissis alijs variationibus) *Innoc. III. in Concil. Gener. Lateran. in c. 8. b. t. ait: Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana: presertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in Novo: Prohibitio quoque copule conjugalis quartam consanguinitatis gradum de cætero non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus jam, non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. Quaternarius verò numerus bene congruit prohibitioni conjugij corporalis, de quo dicit Apostolus: Quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier; neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt buemores in corpore, qui constant ex quatuor elementis. L. 4. tit. 6. p. 4.* Hæc enim ratio, quam enixè impetunt hæretici, non est principalis ratio decisionis, sed quædam congruentia. Nam cum consanguinitas ex mixtione, & conjunctione sanguinis oriatur, & post quatuor generationes adeo alteretur, ut jam permanere non credatur, sicut etiam accidit in alijs conversionibus elementorum; ideo hæc adjuvit Pontifex congruentiam, ut notant *Sanch. de Matrim. L. 7. D. 53. n. 6. Gonz. in c. 8. b. t. n. 3. & alij com.* Quia in permixtione sanguinis à patre accepti cum alio extraneo, quæ fit in generatione vis ignea, quæ subtilissima est.

1. confunditur, & petit. 2. vis acrea. 3. vis aquea. 4. terrestris, quare ultra tertiam generationem extincta tota illa vis sanguinis videtur. *D. Thom. in 3. Suppl. q. 54. art. 1. Ubi reddit rationem: quia virtus æliosa non recipitur secundum eandem perfectionem in instrumento secundum quam est in principali agente: nec tamen individualis virtus patris ita perficere in filio est sicut erat in patre, & adhuc in nepotè minus: & sic deinceps debilitatur. & inde est, quod virtus illa, quandoque deficit, ut ultra procedere non possit. c. un. 35. q. 4.* Ad quartum ergo gradum se extendit hoc impedimentum, non solum quando consanguinitas oritur ex copula legitima, sed etiam quando ex illegitima copula nascitur. Nam cum in consanguinitate non distinguitur *Trid.* sicut quando de affinitate loquitur: de omni consanguinitate generaliter est intelligendum, ne sine fundamento jurum correctio admittatur; *arg. c. 29. de Elect. in 6. L. 32. §. fin. C. de Appellat.* Et licet in *Lege Veteri* in *c. 18. Levitic.* solum prohiberetur Hebræis matrimonium cum consanguineis in secundo gradu collateralis lineæ non equalis, non verò in ulteriori, quia hoc expediebat, quippe Hebræi erant pauci, & proni ad repudium: tamen potuit Ecclesia utens potestate sibi à Chriho D. concessa circa matrimonium, ut ad Sacramenti esse elevatum, plures gradus inter Christianos prohibere, ut contra *Witeles. Lutherum, & alios hæreticos* tenent *Catholici ex Trid. sess. 24. de Matr. Can. 3.*

122 Ratio prohibendi conjugium inter personas conjunctas, & consanguineas assignatur à *D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 54. art. 3. in corp. ibi: Finis matrimonij secundarius per se est concupiscentia repressio: qui alias deperiret, si qualibet consanguinea posset in matrimonium ducti, qui magnus concupiscentiæ aditus præberetur, nisi inter illas personas, quas oportet in eodem domo conversari esset carnalis copula interdicta: sed per accidens finis matrimonij est confederatio hominum, & amicitia multiplicatio, dum homo ad consanguineos uxoris, sicut ad suos se habet: & ideo huic multiplicationi, & amicitia præjudicium fieret, si aliquis sanguine conjunctam uxorem auerret, quia ex hoc nova amicitia per matrimonium nulla accresceret. Si consanguineus ultra quartum gradum distent, non est necessaria dispensatio ad contrahendum: siquidem extra illum gradum non extenditur impe-*

dimentum: quoniam extra quartum gradum, non extenditur consanguinitatis amicitia; nam repescere charitate jam vix est, qui se agnoscat alterius consanguineum: & cum non propinquior sed remotior consanguineus attendatur, quoad hanc computationem. *c. fin. b. t. si unus sit in quinto, licet alter sit in secundo, vel etiam in primo gradu, possunt contrahere; quia non datur impedimentum. Nec de hoc casu loquitur S. Pius V. qui jussit in dispensatione exprimi gradum propinquorem: Hoc namque intelligitur, quando datur impedimentum, non verò, quando jam cessat, ut in nostro casu, & sic est declaratum. *Sanch. de Matrim. L. 7. D. 53. n. 5.* Indi Novus Orbis possunt ex concessione *Paul. III.* matrimonia contrahere intra 3. & 4. consanguinitatis, vel affinitatis gradum, quin ad usum hujus gratiæ sit necessarium recurre ad Ordinarium. *Alloz in Sum. V. Indi, sed 2. n. 2.**

123 In 2. parte Rubricæ agitur de affinitate, quæ etiam est impedimentum dirimens matrimonium inter affines: *Affines* ergo sic dicuntur, quia consanguinei uxoris quasi accedunt ad fines mariti, cum quo affinitatem contrahunt: quin hæc affinitas communicetur consanguineis mariti: & è contra consanguinei mariti accedunt ad fines uxoris, cum qua contrahunt affinitatem, quin eam contrahant cum uxoris consanguineis. *L. 4. §. 3. ff. de Gradib. & affini. L. 5. tit. 6. p. 4.* Et Hispanè dicitur à *Cuñadex, à alleganza.* Et quidem in eodem gradu, in quo sunt consanguinei marito sunt affines uxori, & è contra, in quo gradus consanguinei sunt uxoris, sunt marito affines. Affinitas sanè non parit affinitatem: ac proinde possunt contrahere matrimonium duo fratres cum duabus sororibus: pater, & filius cum matre, & filia; conjuges superfluites fratris, & sororis defunctorum inter se possunt contrahere matrimonium. Etiam possunt conjugij filius mariti, & filia uxoris progeneri ex matrimonio cum alia, vel alio inito: privignus, cum matre, filia, aut sorore novercæ; & privigna cum patre, filio, aut fratre vitrici contrahere possunt. Et potest quis successivè matrimonium contrahere, cum duabus viduis, quarum defuncti mariti erant germani fratres; *arg. c. 5. b. t. L. 5. tit. 6. p. 4.* Ratio affinitatis contrahendæ est, nam cum vir, & foemina per copulam consummatam, & perfectam in vale debito per

immixtionem veri feminis ex parte utriusque, vel saltem ex parte viri, & receptionem illius intra uterum foemineum, fiant ambo una caro; sive copula licita sit. *Matth. 19. v. 5. c. 1. 35. q. 10. sive illicita. 1. Corint. 6. v. 16. c. 6. de eo, qui cognovit. Trid. sess. 24. de Ref. Matrim. c. 4. l. 5. tit. 6. p. 4. ibi: Esta cuñadéz nasce quier sean casados, ò non. Item, sive publica sit, sive occulta, sive fiat cum foemina ignorante, dormiente, ebria, invitata, amente, sive inlana. Hinc est, quod consanguinei foeminae affines viri, & consanguinei viri affines foeminae fiant. c. 1. 35. q. 10. ibi: Si una caro sunt, quomodo potest aliquis eorum propinquus pertinere uni, nisi pertineat alteri? Sed licet hoc ita sit, tamen vir, & uxor non sunt proprie affines, sed principium, & veluti stipes affinitatis. Nam hæc contrahitur inter consanguineos utriusque partis, mediante conjugum persona per veram utriusque feminis mixtionem. *Affinitas ergo est propinquitas personarum ex carnali copula perfecta, & consummata proveniens omni carens parentela. L. 5. tit. 6. p. 4. D. Thom. in 3. p. Sup. q. 55. art. 1. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 64. Gonz. in c. 1. h. t. n. 5.* Non tamen nascitur affinitas ex sponsalibus, neque ex matrimonio rato, neque ex alijs commixtionibus, sed solum ex copula consummata, & perfecta modo dicto. L. 5. tit. 6. p. 4.*

124 Affinitas olim in triplici erat differentia; & in quocumque genere dirimebat matrimonium. c. 3. c. fin. 35. q. 3. prima erat, quæ una persona mediante resultabat. Sic meus frater Cajus, cum Seja habuit copulam, vel conjugalem, vel fornicariam, ipsa Seja est affinis mihi, & meis consanguineis; & similiter mei consanguinei erant ipsi affines. 2. duabus personis mediante contrahitur. Sic, si mortuo fratre meo Cajo, Seja matrimonium contrahat cum Sempronio, Sempronius, ut maritus Sejae, quæ erat affinis mihi, & meis consanguineis, similiter erat affinis mihi, & consanguineis meis. 3. Ex tribus personis oriebatur: sic, si mortua Seja Sempronius ejus maritus copulatur Berthæ, ipsa Bertha, ut uxor Sempronij, qui fuit maritus Sejae, quæ fuit uxor Caji fratris mei, erit affinis mihi, & meis consanguineis. Hodie solum affinitas in primo genere, non verò in secundo, nec tertio dirimit matrimonium. c. 8. h. t. L. 5. tit. 6. p. 4. ibi: *Affinitas, en latin, tanto quiere decir en romance, como cuñadéz. E cuñadéz, es*

alleganza de personas, que viene del ayuntamiento del varon, è de la muger, è non nasce de ella otro parentesco ninguno: Esta cuñadéz nasce del ayuntamiento del varon, è de la muger tan solamente, quier sean casados, ò non. Cà muger algunos fuesen desposados, ó casados non nascera cuñadéz de ellos à menos de se ayuntar. E antiguamente fueron tres maneras de cuñadéz, è guardaronlas en algun tiempo: mas agora non manda Santa Iglesia guardar mas de la primera: è por tal alleganza como esta, todos los parientes de ella se hacen cuñados del varon, è otrosí los parientes de èl se hacen cuñados de la muger, cada uno de ellos en aquel grado en que son parientes. E por razon de tal cuñadía como esta, si acaschiere que muera alguno de aquellos, por cuyo ayuntamiento se hizo, nasce enaé embargo, que el otro que sincare vivo, non puede casar con ninguno de los parientes del muerto, fasta el quarto grado pasado, bien assi como en el parentesco. Sanchez de Matr. lib. 7. D. 67.

125 In nullo gradu, etiam in primo linea transversalis, affinitatis, est irritum matrimonium Jure Naturæ, ac proinde R. Pontifex potest dispensare, ut aliquis contrahat cum uxore vidua sui fratris, & defacto Julius II. dispensavit cum Henrico VIII. Angliæ Rege ad contrahendum matrimonium cum Catharina uxore Arturi sui fratris defuncti. Et hanc quidem dispensationem approbaverunt plures universitates catholice teste *Gonz. in c. fin. de Divort. n. 7.* quamvis Hæretici, & aliqui Catholici docebant, hoc impedimentum à Jure Naturæ provenire. Et postea *Clem. VII.* edita Bulla specialiter declaravit, illam dispensationem validam fuisse. Et deinceps alijs dispensationibus id ipsum corroboratum est. Et in nostris temporibus Domina Dorothea Sophia de Noburg. Ducissa Parmensis primis nuptijs copulata fuit Principi Eduardo Farnesio, ex quo felici conjugio in lucem prodijt nostra Augustissima Regina Domina Elisabeth Farnesio (quam Deus incolumen servet) & post Eduardi mortem ex Pontificia dispensatione nupsit ejus fratri Francisco Farnesio, Duci itidem Parmensi. Et quidem hoc etiam in Lege Naturæ fuit servatum. Nam Patriarcha Jacob duas sorores filias Labam, Liam, scilicet, & Rachelem, duxit uxores. *Genes. 29. vers. 23. c. 28.* Et Onam filius Judæ duxit relictam fratris sui. *Genes. 38. v. 8.* Et in Lege Moisaica *Deut. 25. v. 5.* præcipitur, ut

frater ducat uxorem sui fratris defuncti, si hic sine liberis deceiserit, ad suscitandum semen suum: secus si liberis reliquit. *Levit. 18. v. 16.* Et ideo non licuit Herodi, qui cum cæteris Idumæe sequeretur Legem Judaicam ducere uxorem Philippi matris sui. 1. quia hic reliquit filiam, scilicet, saltatricem. 2. quia juxta. *D. Hieronymum. D. Thom. & alios apud Curd. Bellarm. de Matrim. lib. 1. cap. 28.* adhuc vivebat Philippus ejus vir, & ideo Herodes fuit reprehensus à S. Joanne Baptistâ. *Matth. 14. v. 4.* Et in *c. fin. de Divort. Innoc. III.* statuit infideles Livonientes ad fidem conversos, qui cum uxore sui fratris defuncti contraxerant juxta ritum veteris Legis esse permittendos in conjugio: quod sanè non posset fieri, si Jure Naturæ hoc matrimonium esset nullum. *Covar. de Spons. p. 2. cap. 6. §. 10. ex n. 7. Valent. 4. p. D. 10. q. 5. p. 3. Bellarm. lib. 1. de Matrim. cap. 28. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 66. n. 11. Gonz. in c. fin. de Divort.*

126 In linea verò recta affinitatis Jure Naturæ prohibetur conjugium inter socerum, & nurum; generum, & socrum; vitricum, & privignam: privignum, & novecem. Nam ut dicitur in *c. 15. 35. q. 2. & 3. Si vir, & uxor non jam duo, sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quam filia.* Cum ergo inter patrem, & filiam Jure Naturæ sit nullum matrimonium, idem est dicendum de matrimonio inter socrum, & nurum, &c. Et ratio est naturalis reverentia, quæ his ascendentibus debetur, quippe se habent, sicut parentes, & filij. *§. 6. §. 7. Inst. de Nuptijs,* sicut de consanguineis diximus. Et ideo in Lege veteri tales nuptiæ, ut grande nefas puniebantur. *Lev. 20. ex v. 11. Et D. Paul. 1. Corint. 5. v. 1. ait: Auditor inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ut uxorem patris sui aliquis habeat. Nec loqui de uxore patris adhuc viventis notant DD. Et Gentēs Politiores tale conjugium sunt detestatae. L. 4. C. de Nuptijs.* Hujusmodi ergo matrimonium Jure Naturali, & Civili prohibetur, & sic tenent, etiam testante praxi Ecclesie, quæ nunquam in hoc impedimento dispensavit. *D. Thom. in 1. Corint. 5. D. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 11. §. 1. Sylv. Covar. de Spons. p. 2. cap. 6. §. 10. n. 6. Nav. Bellarm. de Matrim. lib. 2. cap. 28. not. 2. Valent. Vazq. Laym. & alij contra Abul. 1. Reg. 8. q. 149. & 151. & 152. Sanchez de Matr. lib. 7. D. 66. n. 7. Ponc. Gonz. in c. 1. h. t.*

n. 9. qui etiam pro se citant. *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 9. ad 3.*

127 Affinitatem in linea recta ex copula illicita ortam Jure Divino dirimere matrimonium tenent *D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 11. §. 1. & alij.* Sed alij dicunt, Jure Naturæ dirimere. Sed cum hæc affinitas non sit ita perfecta, sicut ex matrimonio orta, dicendum est, solum Jure Ecclesiastico dirimere. *Navar. Leasesm. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 66. n. 3. Laym. & alij.* Et sic Pontifex non raro dispensat in hoc impedimento. Affinitas in linea recta, sicut de consanguinitate diximus, dirimit in infinitum saltem Jure Positivo. *L. 4. §. 7. ff. de Gradib. & Affin. Hostiens. Rebel.* In linea verò transversali jure antiquo impedimentum ex affinitate, sive ex copula licita, sive illicita extendebatur usque ad 7. gradum, sicut consanguinitas. *c. 1. c. 7. c. 13. 35. q. 3.* postea tuit restrictum ad 4. gradum. *c. 8. h. t. L. 4. tit. 6. p. 4.* Et hodie ex *Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 4.* magnum sit delictum inter affinitatem ortam ex copula conjugali, & ortam ex copula illicita: nam circa ortam ex copula conjugali, nihil est innovatum; ac proinde ad 4. gradum extenditur; at verò affinitas orta ex copula illicita, quæcumque sit, sive adulterium, incestus, sacrilegium, vel simplex fornicatio, quippe in quacumque viget ratio Concilij, & ipsum loquitur generaliter: restricta est ad secundum gradum: quia sæpissime occultè contrahitur; & accidit ob ignorantiam impedimenti, ut non sine magno scandalo matrimonium dirimatur, vel in eo, magno cum peccato, perseveretur; ac proinde hodie inter affines ex copula illicita in 3. vel quarto gradu, non solum valide, sed & licite contrahitur matrimonium. *Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 67. ex n. 3.* Affines contrahentes scienter matrimonium verè tale (nec sufficere contrahere sponsalia) præterquamquod nullatenus matrimonium contrahunt, sed incestum committunt, incurrunt ipso facto excommunicationem. Quod habet locum, etiam si matrimonium non sit consummatum. Eandem penam incurrunt contrahentes matrimonium in gradu consanguinitatis prohibito, vel cum Moniali. Et idem est, si profestus, vel professa, vel constituti in sacris contrahant matrimonium. *C. un. h. t.* ab hac tamen censura excusat, non solum ignorantia probabilis, & facti, sed etiam juris, & crassa; dum non sit affectata: & etiam gra-


78

Liber IV. Decretalium. Tit. XIV.

gravis metus, quo quis fuit inductus ad matrimonium. Qui vero nomine alieno contrahit: v.g. Procurator, vel qui non contrahit, sed mandat, vel adjuvat, vel qui bona fide contrahit, & postea scienter in matrimonio, & ejus usa perseverat, non incurrunt hanc excommunicationem. *Sanch. de Matrim. l. 7. D. 48.*



128 Nunc Arborem consanguinitatis, & affinitatis ob oculos apponere decrevi, ut sic facilius linea, & gradus percipiantur; nam ut alter Poeta agebat *segnis irritant animos demissa per aures, quam que sunt oculis subjeta fidelibus.* In cellula vacua collocatur ille, de cujus consanguinitate, vel affinitate inquiritur. Et ab aliquibus homo *hypotheticus* appellatur, eo quod pro exemplo ponatur; ab aliquibus *Probatus*, dicitur, quia diversas personas maris, scilicet, & foeminae, patris, & filiorum, & aliorum gerat. A nobis vero nomine *Petrucij* cum Joanne Andrea vocandus est. In ea ergo cellula collocatur, vir, vel foemina, de cujus consanguinitate, vel affinitate agitur. V. g. si de Petro dubitetur, an possit contrahere cum Maria: & in alijs suo ordine, patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem ipsius Petri collocare debes. Et

ipsa cellula, ubi Maria invenitur, tibi quasi digito monstrabit gradum, & lineam consanguinitatis, & affinitatis utriusque. Si vero in nulla ex praedictis cellulis reperitur Maria, certe possunt liberè contrahere, quia non inveniuntur in gradu prohibito, quippe non habent communem stipitem in Arbore, ac proinde extra quartum gradum sunt. Communis stipex est illa persona, in qua sponsum proxime conveniunt: v.g. Si sunt patruelles filij ex duobus fratribus, avus erit communis utriusque stipex, quia, ex avo, quasi ex trunco, vel radice duo fratres, quasi duo rami oriuntur, & ex fratribus nascuntur nepotes, qui inter se patruelles sunt: Proavus etiam erit communis stipex, non tamen proximus, sed remotus, cum prius, quam in proavo in avo illi duo rami jungantur. In qualibet cellula est numerus graduum. Et quidem numerus, qui est in parte superiori graduum Canonice: numerus, qui est in parte inferiori cellulae gradum Civilem significat. Et ut nihil desit, quod tue possit commoditati deservire, etiam nomina consanguineorum, & affinium cujuslibet gradus, Latine, & Hispanice adjungam.




AR

Nomina consanguineorum sunt sequentia: in linea recta ascendente sunt in primo gradu. Pater, Paterna Mater, Madre. 2. Avus, Abuelo. Avia, Abuela.-- 3. Proavus, Bisabuelo.-- Proavia, Bisabuela. 4. Abavus, [Tatarabucllo. Abavia, Tatarabuclla. Descendentes in linea recta sunt sequentes in 1. gradu: Filius, Hijo. Filia, Hija. 2. Nepos, Nieto. Neptis, Nieta. 3. Pronepos, Biznieto. Pronepus, Biznieta. 4. Abnepos, [Tataranieto. Abnepus, Tataranieto. Consanguinei in linea transversali sunt sequentes. 1. Frater, Hermano. Soror, Hermana, sive sint Germani, sive consanguinei, sive uterini. 2. Patruus, Frater, Patris.-- Tio-- Tia-- Amita, Soror Patris.-- Tia.-- Avunculus, Frater, Matris.-- Tio-- Matertera, Soror Matris.-- Tia.-- 3. Magnus patruus, Frater Avi.-- Tio segundo-- Magna Amita-- Soror Avi.-- Tia segunda.-- 4. Propatruus, Frater proavi.-- Tio tercero-- Magna proamita, Soror avia maternæ-- Tia tercera-- Proavunculus, Frater proavi materni.-- Tio tercero-- Magna promatertera, Soror proavia maternæ-- Tia tercera. Consanguinei tamen, qua parte descendunt sic enumerantur. In 1. gradu sunt Fratres Germani, & consanguinei, & uterini-- Item Sorores Germanæ, & consanguinæ, & uterinæ.-- 2. Patrucles, seu Fratrum liberi-- Confobrini, seu Sororum liberi-- Amirini, seu Fratris, & Sororis liberi.-- 3. Patruclium liberi-- Confobrinatorum liberi-- Amiratorum liberi.-- 4. Patruclium, Nepotes, & Neptes-- Confobrinatorum Nepotes, & Neptes-- Amiratorum Nepotes, & Neptes. Quæ omnia latè habentur in c. 2. c. 6. 35. q. 5. l. 3. tit. 6. p. 4. & latissimè in L. 10. ff. de Gradibus.



129 Affines in primo gradu sunt sequentes, in linea recta ascendente socer: uxoris, vel Mariti pater, Suegro --- Socrus: uxoris, vel Mariti Mater --- Suegra --- Vitricus: vir Matris, Padrastro --- Noverca: uxor patris Madrastra. --- In linea recta descendente. *Gener*: Maritus filia: Yerno. --- Narus: uxor filij: Nucra --- Privignus: filius ex alio conjugē: Hijatro. --- Privigna: filia ex alio conjugē: Hijatra. --- Privignus: etiam is dicitur, qui vulgō conceptus ex ea natus est, quæ postea alij nupit. *Hispānē*: *Entenado*. --- In linea obliqua sunt Levir: mariti frater, *Cuñado* --- *Gloss*: Mariti Soror: *Cuñada*. --- Uxorius: uxoris frater, *Cuñado* --- Fratris: Fratris uxor, *Cuñada*. --- Sororius: Sororis Maritus, *Cuñado*. Congeneri: duarum uxorum mariti, Concuños. --- Janitricis: duorum fratrum uxores Concuños.

Et licet quando distantia est inæqualis sola remotior gradum consanguinitatis constituat, tamen, quia in dispensationibus ex dispositione S. Pij V. Explicari debet gradus stirpiti proximior ex sequenti schemate hoc facile percipies.



In hoc ergo schemate, Joannes, & Maria sunt in primo gradu, ut ibidem assignatur. At verò Joannes, cum Magdalena, quæ est remotior à Petro stirpiti, est in primo secundo; quippe Magdalena duobus gradibus à Petro stirpiti distat, eodem stirpiti dempto. Joannes ipse cum Rosa est primo gradu in tertio conjunctus: cum Margarita, primo in quarto. Cum Lucia, primo in quinto; ac proinde impedimento Ecclesiastico caret, consequenterque, nec primus gradus debet exprimi, nec esse necessaria dispensatio: quia cognatio extra quartum gradum non consideratur ab Ecclesia. Similiter Philippus est secundo gradu in tertio conjunctus cum Rosa; secundo in quarto cum Margarita: secundo in quinto cum Lucia, ac proinde sine impedimento. Antonius est tertio in quarto gradu conjunctus cum Margarita. Tertio in quinto, ac proinde in nullo conjunctus cum Lucia. Bernardus est quarto in quinto gradu, ac proinde in nullo conjunctus cum Lucia. Josephus cum filia Lucia in nullo gradu, qui matrimonium impedit est conjunctus, siquidem, nec cum Lucia est conjunctus in gradu, qui de jure Ecclesiastico impedit matrimonium. Idem quod dictum est de viris eos ad feminas comparando, de feminis relatè ad viros dicendum est.

TIT. XV.

De Frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi.

130 HÆC materia ob ejus libri citatem caute est tractanda, & tantum ne noceat, dum vis prodesse, videtur. Duplex potest considerari impotentia alia generandi ex vitio accidentali, vel naturali proveniens, ita ut etiam supposita copula perfecta per veram seminationem viri intra vas feminæ, non sequatur generatio: sic steriles, & senes perfecte possunt coire, & feminare, ac proinde fieri una caro, licet non possint generare, ex defectu feminis natura sua proficere, aut fecundi. Et quidem præter Rubricam non loquitur de hac impotentia; steriles enim cum sint copulæ conjugalis capaces, etiam matrimonium contrahere possunt, cum in ipso obtineatur finis secundarius matrimonij, qui est remedium concupiscentiæ, licet non obtineatur primarius in proli generatione consistens. *D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 58. art. 1. ad 3.* Sic validum fuit matrimonium inter Zachariam, & Elisabeth, licet steriles essent. *Luc. 1. v. 6.* Nec Ecclesia ullum matrimonium ob sterilitatem dissolvit. *D. Thom. in 4. D. 34. q. un. art. 2. ad 3. Sanch. de Matrim. lib. 7. D. 92. n. 26.* Similiter senes, si verum possint emittere semen, possunt contrahere; quia licet tale semen sit regulariter infecundum, hoc per accidens est ex defectu caloris, qui arte Medica potest juvari. Nam Uladislaus Rex Poloniae, cum nonagenarius esset, habuit filios Uladislaum, & Casimirum. Adeoque Jure Canonico, & Civili sunt correctæ Leges Julia, & Papia, quæ viros sexagenarios, & feminas quinquagenarias à matrimonio excludebant. *c. 14. 27. q. 1. l. 27. c. de Nupijis.* Si verò, ita exhausti sint, ut copulam nequeant habere, nec ad eam nulla arte juvari, invalidum erit eorum matrimonium. Cum non possint ad copulam, ut potè ipsis impossibilem obligari. *Barb. in c. 2. l. 1. n. 6. Sanch. de Matrim. l. 7. D. 92. n. 24.* Etiam in articulo mortis constitutus potest matrimonium contrahere, sic testante praxi Ecclesiæ, tum ut filij habiti ex concubina legitimentur: tum ad consulendum infirmi saluti spirituali. In ipso namque vera est potentia,

licet per accidens sit impedita. *Sanch. de Matr. l. 7. D. 105. n. 3.* Nec est impotens, qui partem feminis, licet non totum potest in vas feminæ fundere. Nam hoc sufficit, ut fiant una caro, & valeat matrimonium. Similiter mulier, quæ semen intra vas potest recipere, licet non possit retinere, valide contrahit; sterilis censetur, non tamen impotens. Si mulier nequeat parere sine vitæ periculo, vel non nisi factum mortuum, cum apta sit ad copulam, valide contrahit: Imò, & licet, si alias adesse periculum succubendi tentationibus carnis. Si vero non adesse, illicite faceret talis mulier se mortis periculo exponendo. *Sanch. de Matr. lib. 7. D. 92. n. 28.*

131 Impedimentum ergo dirimens, & de quo præter Rubricam intelligitur tantum est impotentia coeundi, quæ ex vitio naturali, vel accidentali impedit carnalem commixtionem maris, ac feminæ, quæ fit per valis feminæ penetrationem, & feminis in illud effusionem. Nec sufficit, ut detur potentia coeundi, quod erigatur membrum virile, & quod possit claustra virginea aperire, ut patet in Eunuchis, qui licet possint cum feminis carnaliter commisceri, non habent potentiam coeundi, cum non possint seminare; quamvis emittant humorem æquum à ratione feminis omnino diversum. Nec sufficit, quod vir possit semen ex languido membro effundere, si non erigatur, ita ut possit cum femina commisceri, ita ut fiant duo in carne una. *Ponce de Matr. lib. 7. cap. 60. n. 3.* Impotentia alia est naturalis, alia accidentalis. Naturalis est, quæ ab ipsa natura procedit, & est, quali congenita homini. V. g. si membris ad copulam necessariis careat, vel ea habeat improporcionata: & hæc regulariter est perpetua. Accidentalis est, quæ ex aliquo accidenti provenit. V. g. ex castratione, vel ex intemperantia humorum per excessum frigoris, siccitatis, caloris, vel humiditatis, vel etiam ex morbo malefico demonis, vel arte hominum. Deinde impotentia alia est absoluta, quæ scilicet, cum omnibus personis alterius sexus impedit commixtionem carnalem: quæ provenit ex defectu partium genitalium maris, quia caret testibus, vel semine, vel si ipsi non careat, habeat tamen testes, & semen ineptum: vel quia ob malam conformationem partium non potest penetrare vas femineum: vel provenit ex temperamento nimis frigido, ita ut ex